



**Baldvini Cabilliavi E Soc. Iesv Magdalena**

**Cabilliau, Baudouin**

**Antwerpen, 1625**

XCIII. Palinodia. Imago Magdalena ex Dolore.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70461](#)

Magdali solus Amor C H R I S T V s, dum vixit  
& idem  
Vt letō occubuit, Magdali solus Amor.

## X C I I.

*Imago MAGDALENAE ex Ambre.*

M AGDALEAM viuo mihi pinge colore  
figuram.  
Quale decus Zeuxis Parrhasiusve parit:  
Sidereumque Dei vultu duc cælite vultum,  
Vt Diuum archetypo Diua venusta fluat.  
Ducis Apelleo spirantia lumina succo.  
Aspexi: in tabulâ Diua renata sedet.  
Fronte nitet nix pura, micat coma concolor auro,  
Lumina purus onyx, labra pyropus habet.  
Magdalis hæc diâ simulans sub imagine Diuam,  
Cui tantum inuidet vel Charis ipsa decus.  
Me rapit in flamas rapidi facer ardor Amoris,  
Vt primum radij cor tetigere meum.

## X C I I I.

P ALINODIA.

*Imago MAGDALENAE ex Dolore.*

V t Dolor has s̄esit de Magdali crescere tēdas;  
Hoc mihi pictor, ait, texe, retexe caput.  
Non oculos, non ora, genas non quāro, nec  
artus;  
Nec volo, vt h̄ic viuat æmula Diua Dex:  
Vnica, & hæc ingens sit lacryma tota, vel imber,  
Magdala; & h̄ic tantum flebilis humor eat.

122 BALDVINI CABILLIAVI LIBER V.

Ros labra, ros coma, ros vultus, ros luminis  
orbes,  
Ros gena, ros pectus, ros sit & oris ebula.

X C I V.

M A G D A L E N A nuntia re-  
surrectionis.

M A G D A L A quem surdo venaris auara se-  
pulcro,

Anne putas furto diuite prædo tenet?  
Iamque nouâ sub nocte premit sepelitque se-  
pultum,

Vt duplus vnius funere luctus eat?  
Siste fugam pia Diua, tuasque retexe querelas;

Quo rapit errantes deuia cura pedes?

Nec patulo saxo pignus iam quære salutis,

Quam sata vere nouo sospitat ipsa Salus.

Pullulat è grauido vitæ spes alma sepulcro:

Ecce tibi partæ nuntia prima spei.

Hoc est quod vacuâ rimaris anhela cauernâ:

Sit satis hoc; volucri curre, recurre pede.

Huc ideo ab Solymâ cursus fuit: illius ergo

Itur, & in Solymum deinde redditur iter.

En solito mulier vitæ iam lætior augur,

Iam positis curis omina fausta canit.

Sic male - suada viro necis heu! interpres &  
auctor,

Femina fit vitæ nuntia læta viris.

Quam felix ea noxa! parit mors ipsa salutem.

Sæua quod Eua patrat, Magdalæ æqua piat.

Terrâ